





ff. 11.

Signatus Stoll - Wern.  
yc 21.

vgl  
Kapitel 78 N 12 (37-38)

VICTORIA;

<sup>Quam</sup>  
VIR

*Clarissimus, nec non Doctissimus*

DOMINUS

M. JOHANN BAL.

THASAR RUNDE,

LYCEI WERNIGERODANI RECTOR

LONGE FIDELISSIMUS,

<sup>cum</sup>  
*Lectissimam suiq; Sexus ac Ordinis virtutibus  
Ornatissimam*

VIRGINEM

ANNAM MAR-

GARETHAM GROSKOPFIAM,

VIRI

*Plurimum Reverendi atqve Doctissimi,*

DNI. FRIDERICI

GROSKOPFII, Ecclesiae, quae Trübecae  
est, Pastoris Vigilantis Filiam,

*Die XXVIII. Novembris Anno M D C C II. uxorem ducet.*  
post longam cum solitudine contentionem lætus deportavit explicabatur

<sup>à</sup>  
*Superiorum Classum Scholæ VVernigerodanae*  
ALUMNIS.

---

*Halberstadii Literis Johannis Erasmi Hynitzsch.*

An







**P**leno docentis pectore gaudii,  
Qvi sæpe acutas dogmatibus bene  
Tentavit aures, ac cohortem  
Discipulũm recreavit alti.  
Verbo Jehovahæ, Rundiades, scholæ  
Rector fidelis; carmina non prius  
Audita concinemus. Ille in-  
fanda solitudinis repellit,  
Fastidiosus, qvo nisi tristia  
Menti parantur, temporis, ac manus  
Labascit inter docta solis  
Munera sub trabibus carentum  
Uxore dulci. Provida, qvis neget?  
Hoc caverat mens, conditionibus  
Dissentientis, qvas solitudo e-  
i tulerat, nimium molestis.  
Qvid uxor, aut qvid connubium, nisi  
Fons, dixit, ex qvo sæpius horrida  
Peccata derivata manant  
In patriam, veniensqve seclum?  
En quot puellæ de teneris amant  
Incesta, fraudes, ungvibus? heu malum!  
Mox juniores qværit, atqve  
Luminibus seqvitur remotis  
Iniqva



Iniqua conjux, quos prohibet boni  
Lex sancta Jovæ. Progenies modo  
Est nequioris mentis, aut si  
Contra, perit subitaque morte.  
Nam nescit atræ dira necessitas  
Necis juventæ parcere popliti im-  
belli, labores nunc omitto,  
Qui superant, comites mariti  
Jugi. Beatus, quem sua castitas  
Delectat. Ergo gaudia percipe  
Præsentis horæ, linque tædas  
Virgineas. Bona conseqveris  
Cœlebs, ait, quæ contra maritus haud  
Habebis unquam. Volve volumina,  
Lætum solitudo creabit,  
Imparibus tibi læta musis  
Ferentibus. Certamina grandia  
Illam inter ac Te, utrum maneat decus  
Victoriæ. palmam sub ipso  
Te posuisse pede haud sciebat.  
Nudo, arbitrum pugnæ memorabile,  
Incommoda audivi, fugias, ais,  
Non æstimem tanti relata,  
Conjugium mihi, ais, placebit.  
Et te coronavit capiens Hymen  
Sponsum marino rore beatiorem,  
Ut conjugis nitor refulget!  
Dos tibi magna futura semper  
Parentium virtus, metuens viri  
Ceu non mariti fœdere castitas  
Sancto. Insuper si quando cura est,  
Sollicitam explicuisse frontem  
Tibi



Tibi studebit. langvido erit quies.  
Rebus Timenti, quas agis, adieret:  
Confide Jovæ consulenti,  
Ne trepida, Deum adesse magnum  
Memento. Qvod si læta negotio  
Sævo intolentem ludere pertinax  
Ludum, tuum fortuna perstet,  
Nunc tibi nunc aliis benigna:  
Se involvet, ut fas, præsidio Dei,  
Tecumque mittet suppliciter preces  
Ad astra conjux, unde nobis  
Auxilium venit omne felix!  
Nos gratulamur quod bene viceris,  
Triumphe victor! jam inter amabiles  
Choros maritorum benignus  
Te posuit Deus auspicato.  
Post hæc secundis vince laboribus  
Cum conjuge ista. Prorue & impios  
Cum laude conatus precantis  
Pessima, qui Satanas Tyranni  
Nil Rundi non efficiant manus,  
Precamur omnes, si fuerit bonum ac  
Salubre, concinemus omnes  
Nunc semel, ut canimus, triumphe!



10.0292

30. Nov. 1992

78 M 387



50

148 = Handschrift  
258 = "

11x

Rehov

2  
2







Kapsel 7811 12 (37-38)

VICTORIA;

Quam  
VIR

*Clarissimus, nec non Doctissimus*

DOMINUS

JOHANN BAL.

SAR RUNDE,

R NIGERODANI RECTOR  
LONGE FIDELISSIMUS,

cum  
*suiq; Sexus ac Ordinis virtutibus  
Ornatissimam*

IRGINEM

AM MAR.

AM GROSKOPFIAM,  
VIRI

*Reverendi atqve Doctissimi,*

FRIDERICI

OPFII, Ecclesiæ, quæ Trübecæ  
toris Vigilantissimi Filiam,

*Novembris Anno M D CCII. uxorem duceret;*  
litudine contentionem lætus deportavit explicabatur

à  
*um Classum Scholæ VVernigerodanae*  
ALUMNIS.

*adii Literis Johannis Erasmi Hynitzsch.*

